



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 2. Passavienses milites exauctorati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.  
A. C. 1611.

§. II.

*Passavienses milites exaudtorati.*

*Carafa com.  
de Germ.  
rest. pag. 47.*

Cum milites, civesque annonæ inopia premerentur, Leopoldus Archidux ad veterem urbem admitti postulabat, quinimo Cæsar pejora veritus, & dolosa horum militum sensione delusus die decima octava Februarii edicto ad trium Pragensium arcium Præfectos transmissis illos admonuit, ut juramenti Religione se cum militibus, quod neutra pars alteram sub pæna capitis lædere velit, obstringerent. Verum hi in responsis dabant, quod quidem a Cæsaribus partibus starent, militibus vero sese submittere haud possent, quibus quidem transitum per suum oppidum, & ad victum necessaria concedere parati essent, dummodo Cæsar eos statim dimittere velit, hancque in rem ipsi ducenta florenorum millia suppeditare sponderent. Annuit Cæsar, potissimum commotus lacrimis mulierum & infantium, qui se a barbara horum militum sævitia liberari impense efflagitabant: Interea veteris oppidi cives, cum ingentem prædam a Ramæo corrasam non ita pridem Walbariam versus transvehi comperirent, mox cum aliquot militum cohortibus  
erum-

erumpentes, hæc spolia ex itinere fe- Sæc. XVII.  
 liciter retraxerunt. Præterea Cæsar A. C. 1611.  
 decimo Martii die, ut datam fidem li-  
 beraret, soluto trimestri stipendio mi-  
 lites urbe excedere iussit, qui etiam  
 Ramæo ductore suo destituti, qui jam  
 biduo ante clam discesserat, cum Ma-  
 thiæ Regis adventum vererentur, circa  
 tertiam noctis horam abiere, Berau-  
 nium, & inde Budevitium profecti: ni- Merc. Gallo-  
 hilominus tamen adhuc tam in hoc op- belg. tom. 7.  
 pido quam alibi per regnum grassaban- l. I. p. 30.  
 tur, unde Cæsar singulis viatici nomi-  
 ne pecunias erogari, ac præteritorum  
 veniam promitti iussit, quo facto una-  
 omnes intra paucas horas disparuere.

## §. III.

*Ramæus hujus exercitus Bellidux in  
 suos Tribunos sæviens.*

**E**x Belliducibus pauci admodum una- Slavata  
 cum Leopoldo Passavium rediere, chron.  
 ex quibus soli Laurentio Ramæo da-  
 tum erat copias reducendi negotium.  
 Hic Budevitium, ubi ipsa Curia ei ad  
 habitandum erat assignata, delatus,  
 novem Ordinum Ductores, & equitum  
 Tribunos ad coenam invitabat, qua fi-  
 nita alium post alium ad privatum suum  
 cubile accersens, singulos proximum  
 cubiculum ingredi iussit, accepturos ibi